

sagaciter cauet laqueum et declinat lapidis ictum: et si inciderit in laqueum ad sui liberationem conatur. Bernardus: Pudent hoc ratione non posse in homine quod natura potest in volucro. Ad idem mouere deum amor qui habetur ad sanitatem corporis. Augustinus: Cum gaudio deum facere in mortalis futurus quod ficeret pro diffe-rede morte moriturus. Cetero octauo ad hoc debet incitare amor quem deus et angelii habent ad salutem nostram. Bernar. Quid est homo quod innotuisti ei aut filius hominis quam reputas eum? Denique mittis ei virginem tuum; immittis spiritum tuum: promittis vultum tuum. Et ne quid ab opere sollicitudinis nra vacet in celestibus etiam illos beatos spiritus propter nos mittis in ministerium. Omnes enim sunt administratorum spiritus. et cetero. II Hebreo. j. Maxime ad stabilitatem valet gratia. Unde legitur de spiritu quod sit stabilis. Sapientia. vj. II Hebreo. ultimo Optimus est gratia stabilire cor: sicut terra si humor defuerit in puluerez redigis et a vento dispergis: et corpus cum ab eo spiritus recesserit efficiet cinis: sic si gratia spiritus sancti defuerit nouicium ad modum pulueris fit instabilis. In psal. Non sic impius non sic sed tanquam puluis. et cetero. Ideo frequent et deuote debet inuocare spiritum sanctum qui confirmet in eo quod operatus est.

C Tractatus. D. cardi. cxix. de morum conuersione et quibus ipsa perficitur: et quibus impeditur.

**S**ed autem quod secundo loco in profata professionis forma substantialiter ponit est morum conuersio: per quam monachus obligat se ut non seculariter viuat sed mores suos sim regulam dirigat. Contra hanc ergo partem professionis venit monachus qui seculariter viuit. Mane non sufficit monacho mutasse locum contemptibilem habitum assumptissimum: deserere tonsuram altam: coronam latam: nisi hec morum conuersio concomitef. Bernar. Umbra enim religionis sunt ista non veritas. Corporis queratio si sola fuerit erit nulla. Forma quidem conuersionis est ista non veritas. In grediendi monasterium necesse est ut veraciter mutet in virum alterum; ut possit dicere

cum apostolo Balae. ij. Tu quo ego: iam non ego: vivit autem in me christus. Cetero notandum quod ad perfectam morum conuersationem requiritur ut fiat conuersio interius et exterius: interius et hoc in omni affectu cordis: sed illud Iohannes sedet: Convictini ad me in toto corde vestro. Bernardus: Extende solerter quid diligas quid metuas: unde gaudeas et contristeris ne sub habitu religioso seculariter animum: et sub paninis conuersationis inuenies cor peruerius. Totum enim corpus in his quattuor affectiobus est: et de eis accipiendum puto quod dicit: In toto corde tuo queraris ad dominum. Convictus amor tuus ut nihil diligas oīno nisi ipsum aut certe propter ipsum. Convictus etiam ad ipsum timor tuus: quod per uersus est timor oīis quo metuas aliquid propter eum et non propter eum: sicut gaudiū tuum et tristitia tua eque ad ipsum conuertatur. Hoc autem ita fiat ut non nisi sim eum doleas aut leteras. Exterius preterea queris fieri est maxime quantum ad locutionem. Iacobus. j. Si quis putat se religiosum esse et non refrenat linguam suam huius vana est religio. Item quantum ad sensuum coibitionem et motuum corporis moderationem ut in incessu statu et ceteris motibus eius nihil fiat quod cuiusquam offendat aspectum: sed ipsius doceat scientiam Ecclasiasti. ix. Amictus corporis et risus dentium et ingressus hoīis enunciāt de illo. Ecclasiasti. xxxij. Sepi aures tuas spinis et noli audire linguam nequam. Et ora tuo facito ostia et leras auribus tuis. Item conuersio fienda est quantum ad prouetudinem ut scilicet conuentudo mala queratur in bona. Unde bernardus ad fratres de more dei loquens de novicio dicit: Ad exuēdā de se seruitutis necessitate et carnis sue dñiantē prouetudinem se accingat: necessitatē sibi facies et contra necessitatē: et prouetudinem cōtra prouetudinem et affectū sibi formās cōtra affectū donec plena mereat accipere delectationem ut delectationib⁹ seculi et carnis sim p̄filiū apostoli saltē tantū delectet eum carere quantum delectabat eum prius hinc: et tamen delectet eum de membris corporis sui seruire iustitie in specificationem: quantum delectabat eum prius seruire in mundicie et iniqtati ad iniqtatē. Unde viro religioso ascendenti in monte perfectōis monastice ut id quod dominus misericordia dixit

Quid requirat ad perfectā conuersationem

Quod interius et exteriusque toti queramur

Euincēda est prouetudo mala.

Pedes et calciamenta soluenda spiritu aliter.